

TRACTATUS I

Versets commentés : I, 1 - II, 11.

- Chap. I, v̄ 1. Quod erat ab initio, quod audivimus et quod vidimus oculis nostris, et manus nostrae tractaverunt de Verbo vitae (§ 1) :
- 2. et ipsa vita manifestata est (§ 1), et vidimus, et testes sumus (§ 2), et adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem, et manifestata est in nobis (§ 3).
- 3. Quae vidimus et audivimus, nuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et Jesu Christo Filio ejus (§ 3).
- 4. Et haec scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum (§ 3).
- 5. Et haec est adnuntiatio quam audivimus ab eo, et adnuntiamus vobis : quia Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae (§ 4).
- 6. Quod si dixerimus quia societatem habeamus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et non facimus veritatem (§ 5).
- 7. Quod si in lumine ambulamus, sicut et ipse est in lumine, societatem habemus cum invicem, et sanguis Jesu Christi Filii ejus purgabit nos ab omni delicto (§ 5).
- 8. Quid si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est (§ 6).
- 9. Quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et justus, ut dimittat nobis delicta nostra, et purget nos ex omni iniquitate (§ 6).